


Chladni

Meletema.
ta

(1788)





frub.

MELETEMATA

SVPER

DOCTRINAM IVRIS CANONICI PROTESTANTIVM
DE DIVORTIO

V I R O

AMPLISSIMO ET DOCTISSIMO

M. GOTTLIEB LEBERECHT
SPOHN

PRORECTORIS PERPETVI ET PROFESSORIS PHILOSOPHIAE
APVD TREMONENSES ARCHIGYMNASII

M V N V S C A P E S S E N T I

GRATVLABVNDVS SCRIPSIT

Hr 3429

CAROLVS GOTHOFREDVS THEODORVS
CHLADENIUS

IVRISRACT. HAYNENS. ET IVSTITIAR.

DRESDAE,

LITTERIS HENR. GVIL. HARFETERI.



*Non tam speculum est, quid Romae factum sit, quam quod fieri
debeat.* l. 12. π. de offic. Praef.

Ab eo tempore, quo iuris divini atque humani studiis operam dedi, sic apud me constitui, ut in posterum Iurisprudentiae non isti modo, quae sola praxi nititur, sed etiam omni diligentia incumbere elegantiori, quae in meditando, iuris divini atque humani sensu explicando, in capitibus legum controversia dirimendis, tandemque in studio scribendi atque commentandi versatur. Itaque quum quaevi occasio praeter academicia specimina a) lege publica praescripta, huic meo consilio conveniens, sit mihi exoptatissima hilariterque arripiam rem praemeditatem litteris mandandi et publici iuris faciendi b). non miraberis, **OPTIME SPOHN**, me TIBI munusculum, quod non solum iuris, sed etiam Theologiae cultoribus convenire videatur, offerre, ut amicitiam, amorem atque gaudium, quod de TVA apud Tremonenses demandata provincia gaudeo, significare possim, simulque denuo scribendi et exercitandi facultatem habeam. Hanc autem scriptiunculum, ut non tam materiam absolutam, quam meditationem subitaneam esse putas, ac, si minus copiose atque ornate in ea dictum sit, veniam des, enixissime abs TE peto atque contendeo.

A 2

Incidi

- a) Huc pertinet Disputatio mea: *de exhereditatione liberorum ad alias causas in Nov. CXV. non expressas extentenda, ἵνα τιοφανῶ iuris materia. Dissert. de pacto caudino Romanorum ad Livii l. IX. c. 2. Dissert. de Reformatione Friderico III. circa vigorem iuris Romani eiusque doctores abolendos adscribi solita, contra Goldastum in Constit. Imperial. P. I. Art. 5.*
- b) In collectione quae vulgo *Leipziger Magazin für Rechtsgelehrte* dicitur.

Incidi, nescio quo casu, ante aliquod tempus in librum: *Historisch-moralisch-politische Belustigungen für alle Stände*, qui Theologum auctorem, notamque Cenforum non ultimam habet. Legenti mihi inter alia variis argumenti capita, occurrebat auctoris de divertio sententia, quae se accingere opinioni eorum intellexi, qui loco Matthaei Cap. V. comm. 32. et Cap. XIX. 9. λέγω δὲ ὑμῖν, εἰ ὅτι ὁ ἀπόλεισθαι τὴν γυναικαν ἀντοῦ, παρεγένετος λόγης πορνείας, d) [Cap. XIX. c. 9. εἰ εἰ] μή ἐπὶ πορνείᾳ καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοχχάται. u. τ. λ. mordicus inherent. Praemilla nempe iusta distinctione inter divertium plenum et sic dictam a thoro et mensa separationem, pagina centesima decima ita scribit: *Es gefallen mir diejenigen, welche sich ganz genau an die Entscheidungsvorschrift des Erlösers Matth. V. 32. XIX. 9. anschließen, am besten.* Quibus fusius pertractatis, concludit, omne divertium, quod sit sine adulterio ab alterutra parte admissio, verum esse adulterium, ex quo per illam Christi sanctionem nequidem dissolutio a Consistorio ecclesiastico admittenda sit. Quod si esset verum, quotidie ab his summe reverendis collegiis permitterentur adulteria

c) Sensus est: Lex Mosis, ne quid gravius eveniret, tibi de uxore iudicium indulxit. Tu vide, ut tanta potestate humane utaris, certus nulla Deo placere divertia, nisi quae summa necessitas extorsit. ROSENmüller in Schol. Nov. Test. ad b. l.

d) πορνίας nomine omnis modus imminutae pudicitiae intelligi potest. vid. KREBSII edit. Schörg. Lex. Nov. Test. f. b. v. et si SELDENVS in uxor. hebr. L. III. C. 28. et 31. etiam alia facinora significare existimet. HEZELIVS, recentior bibliorum interpres, tam adulterium quam fornicationem ante matrimonium intelligit. ROSENmüller VS a. b. l. ait: *Quod hic dicitur παρεγένετος λόγης πορνείας tam rigide non est accipendum, ut nulla alia causa animatum possit tranquillum reddere. Observandum est, Christum toto sermone non leges constituisse civiles, sed animis singulorum dare praeceptra; et hic nominatim ab eo exponi, quo casu vir bonus legis communis divertia spectanzis beneficio uti possit.*

e) Deest u. in Codd. quam plurimis, et omittitur etiam a Damasc. et Theophyl. Sensus est: quum non sit adultera. Quod favet Origeni dicenti: πορνίας mentionem non fieri in vim strictae exceptionis, sed exempli gratia, nimirum ut graviores a levioribus discernantur. ROSENmüll. in Schol. a. b. l.

teria, quoniam et ob alias causas permulta ab eis dissolvuntur coniugia, Sed quis ratiocinandi abortus? Liceat ergo meam qualecumque sententiam hac de re interponere, reiicendo eos, qui haec verba nimis stricte explicant, et divortia nimis facile admittunt, quoniam aequum ac medium tenere semper iuvabit. Sed spatium harum paginarum statim implere possem, si rem altius repetere, et de lege divina positiva universali, praeponenda, disputare, aut de controversiis super eiusdem existentia ortis, garrire vellem, cum omni tempore multi eruditи sunt reperti, qui eiusmodi legem prorsus negent,^{f)} licet alii eius γνωστικαν̄ anxie investigant. Ante omnia vero sermonem hic de sensu genuino allegatae sanctionis faciam. Vera, ni omnis fallor, sententia eo tendit, servatorem in verbis: ὃς ἀν απολύτη τὴν γυναικαν̄ ἀντοῦ, παρεκτὸς λόγῳ πονεῖται, distincte loqui de coniugato viro, cui non licitum proprio ausu ^{g)} a marita recedere, nec ista prohibitione iudicium magistratus competentis ex-

A. 3.

cludere

f) E recentioribus BOEHMERVS in dissert. de iure Principis circa divortia, negat, primaevam matrimonii institutionem vim legis habere. E contra matrimonium contractum mere civilem, et mutuo consensu dissolubilem esse, contendit. HOMMELIVS in seinem Philosophischen Criminalrechte §. 16. libere fatur: *Wir haben kein charakteristisches Kennzeichen von einem göttlichen allgemeinen positiv Gefeze. Alle Kennzeichen, welche man zeithero davon gegeben hat, trügen. Es giebt dergleichen nicht. Die Ehegefeze Mosis gehören insgesamt für die Iuden. u. s. w. §. 18. weil das Mosaische Recht uns gar nichts angebet. Hüter euch also das Jüdische und Christliche durcheinander zu knoten. Hac voce qui perterritur, consulat MICHAELIS Mosaisches Recht Th. II. §. 19. 120. ubi ad oculos demonstratum: Daß man zwischen bürgerlichen Gefezen und moralischen Vorschriften einen großen Unterschied machen müsse, und daß Christus zwar moralische Vorschriften, aber keine Civilgefeze gegeben habe.*

g) Idem MICHAELIS l. c. pronuntiat: *Daß bey den ältern Israeliten und ihren Nachkommen die Ehescheidung nicht immer mit Zuziehung der Obrigkeit, sondern blos privatim geschehen sey, indem der Ehemann dem Ebeneibe einem Scheidebrief gegeben habe, und von diesen Privatscheidungen sey lediglich dasjenige zu erklären, was bey dem Mitzbão von der Rechtmäßigkeit und Unrechtmäßigkeit der Ehescheidungen vorkomme. Quod iam RENNEMANN in Iurisprud. Rom. Germ. m. I. D. 42. ib. 28. copiosius testatum fecit.*

cludere. h) Probatio ex antecedentibus elicenda est. Quaerebant scilicet Pharisaei ex Iesu, quare Moses Deuter. XXIV. 1. i.) diuortium tam facile per breve instrumentum permisit, cum ipse id restringet? Ecce responsionem Servatoris commate octavo: λέγει αὐτοῖς ὅτι Μωϋς πρὸς τὸν σκληροπόδιον k) ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολύται τὰς γυναικας ὑμῶν, aut ex alia lectione: ἐγρέψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν τάυτην. Quibus verbis indicat, Iudeos, (projectissimam ad libidinem gentem, ut Tacitus ait,) ob libidinosum appetitum in alias mulieres, magnum pristinae legis abusum contraxisse, l) quem autem neque tempore instituti coniugii (ἀπ' ἀρχῆς & γένοντος ἦτο) per-

b) LUTHERVS Tom. V. germ. his arridet: Es muß die Ehescheidung nicht von sich selbst, sondern vermöge der Obrigkeit vollzogen werden, damit dieselbe alles fein ordentlich auseinander sezen, und wie weit sich ein Theil gegen den andern vergangen, wohl untersuchen möge. Et alio loco von Ehefachen reiecto coniugii sacramento, matrimoniales res adeo iudici seculari committendas disputat: Ich wehre mich fast, ruffe und schreye, man solle solche Sachen der weltlichen Obrigkeit lassen. Es kann ja niemand leugnen, daß die Ehe ein aeußerlich weltliches Ding ist, wie Kleider und Speise, Haus und Hof, weltlicher Obrigkeit unterthan.

i) Disceptatio Sameae scholae et Hillelis super hunc locum quaestioni locum faciebat. Prior de adulterio et omni lascivia intelligebat, et posterior levissimum, etiam si combusterit eius decoctum, causam admittebat. Quam notam minime omnitudinem etiam adscriptit ROSENmüLL. in schol. Nov. Test.

k) Quia ergo obdurarunt adversus aequitatem a natura Deoque praescriptam, ideo Deus iura scripsit, non tanquam optimae reipublicae, sed tanquam faeci Israëlis. ROSENm. c. l. HOMMELIUS olim oretenus de hoc arguento disputans, faepissime contendebat, per σκληροπόδιον significari Iudeorum libidinem.

l) Iudei et humanitatis et charitatis inmemores, causas quantumvis futilles admittabant in morositatis suae patrocinium, ita, ut quavis de causa uxorem maritus posset expellere, quas studiose collegit REIZIVS in Not. ad Thom. Goodwini Mof. et Aaron. l. 6. Cap. 4. §. 20. n. u. p. m. 258. Formulas libelli abscessiōnis legendi curioso, satisfacit SELDENVS in ux. hebr. l. 3. C. 24. et GOODWINVS in Mose et Aarone L. 6. C. 4. §. 22. p. 560.

permisum, neque Christianis licitum contestatur. Ob istum infrenatum et perpetuum commixtionis appetitum, cuius furore ne pueros quidem et bruta intacta relinquerent, comedio carnis quorundam animalium Iudeis interdicta erat, ne pravi in illis excitarentur motus. Sed quis affirmare audet, hanc prohibitionem carnis etiam nos obligare? Ex quibus apparet, non omnia in sacris litteris verba nimis stricte accipienda, sed cum ingenii acumine, cumque historia populi et ecclesiastica in adiutorium vocata, esse interpretanda. Quid multa? Firmissime constat ex his, summum legislatorem modo divertium, proprio ausu coniugis ex appetitu cum alia concubendi, aut futili causa commissum, vetuisse, nullo autem commate divertium ob alias causas necessarium, praevia sapientum virorum cognitione, exclusisse. Alia vitae ratio alios quoque mores postulat, alii vero mores aliud iudicium requirunt, quia Τέλος νόμος Χριστός, ad Rom. X. 4. et nos sumus iam δέδοι ἐν καινότητι πνευματος, καὶ εἰ παλαιότητι γράμματος, ad Rom. VII. c. 6. Quae cum ita sint, ab illo, qui hanc interpretationem spernit, et istam sapientibus viris, (Consistoriis scil. ecclesiasticis) reservatam cognitionem super divertia negat, concedendum est, aut leges matrimoniales ad nostra tempora non esse extitenda, aut divertia quotidie a Consistoriis ex aliis causis, quam propter adulterium permissa, sacris litteris esse contraria. Iam quid est, Adversarie, quod haeres? nullo non haeres comminate. Et recte. Veritatis argumento commotus pagina centesima decima tertia in his angustiis fateris: *Die Untüchtigkeit der Ehe, die schon vor der Verheyrrathung bey der einen Person vorhanden gewesen, m) eine unvermeidliche Hintergehung in höchst wichtigen Dingen, die gefezwidrige Zusammenfügung und andere dergleichen Fälle bleiben allezeit der hohen Landesobrigkeit zur rechtlichen Untersuchung und zur öffentlichen Bekanntmachung als ungültige Verheyrrathung überlassen.* Paullo ante, pagina centesima undecima, constantissime affiras: *Meine Auslegung bleibt feste bey dem wahren und von Christo angenommenen Princípio cognoscendi stehen. Sie leitet nicht weniger daraus her,*

m) Cur non malitiosa desertio, quam iam pridem magni Theologi, IO. GER. HARD Locor. Theol. Tom. VII. Cap. de coniug. §. 61. 62. et ABRAH. CALOV. in Bibl. Nov. Test. illustr. Tom. I. ad Matrb. Cap. V. 32, approbarunt?

her, als ganz natürlich folgt. Sie macht die ganz umständliche Entscheidung des höchsten Lehrers biändig, zusammenhängend und auf alle Zeiten des neuen Bundes passend u.s.w. Nunc vero alias praeter adulterium admittis causas? quae pugna? Iterum concedis, cognitionem super divertia competere Principi, et paulo ante quasi cum flammeo timide incedis: Ich getraue mir, wie einige gethan haben, nicht die feine Hypothese zu bestätigen, daß Christus nur die Privatehescheidungen, nicht aber auch die obrigkeitlichen habe verbieten wollen. Vnde haec contradicatio? statim te expediam. Quod ad priorem de admissione aliarum divertii causarum attinet, pungit fortasse Adversarium omissio verborum παρεκτός λόγος πογένεις (ἐπὶ μὴ ἐπὶ πογένεις) apud Marcum X. 11. et Luc. XVI. 18. aut horum a Mattheo facta intercalatio, quae utraque omnino horum locorum genuitati aliquid detrahere videtur. Hanc obiectionem Adversarius ipse timens, per prolatu p. 110. in eventum subvertere creditit, ita fatus: Allerdings ist also eine iede Ehescheidung, ohne vorhergegangene Unzucht einer andern Person ein wahrer Ehebruch. Der seine Frau verstoßende Mann begeht einen Ehebruch wider sie, indem er seinen Leib, worüber er nicht Herr, sondern sein Weib ist, einer andern giebt. Dergestalt konnte die ausdrückliche Anzeige der Bedingung, UM DER HURE REY WILLEN Mari. X. 11. und Luc. XVI. 18. ganz leicht wegbleiben. Vermuthlich hat sie Matthäus nur angemerkt. n) Si tu ita dicta verba εἰ μὴ ἐπὶ πογένεις a Mattheo intercalata ipse putas, qua ratione hunc locum tanquam divinum effatum praedicare, stricteque interpretandum esse contendis? Refugere te video ad tua priora dicta, quod per verba Genes. II. 24, Adamus et Heva, et in his omnes coniuges una caro esse debeant. Sed noscine, quantas controversias viri docti super hunc locum agitarunt? disputatione: utrum haec verba Adamo, an Mosi, quod verius, scriptori divino, sint attribuenda, quae tamen Iarchius, Iudeorum interpres, de Spiritu sancto interpretatur. Ignoras Chaldae interpretis ambiguam dicendi rationem,

n) Audiamus ROSENmüLLERI in schol. N. T. hac de re sententiam: Marcus Cap. X. 11. et Paul. i. Cor. VII. 10. hoc Christi praeceptum commemorantes verbis utuntur generalibus, nulla exceptione apposita; quia tales exceptiones ex naturali aequitate venientes, racte insunt legibus, quanumvis generaliter pronunciatis.

tionem, quae et Iarchium decepit, et alios quoque in miram opinionem induxit? Quod non opinarer. Vides ergo, quanta interfit difficultas, hanc utramque sanctionem, tanquam legem divinam positivam universalem demonstrare, eiusque subtilia *γνωστικά* extra omnis dubitationis aleam collocare, meliusque nec non tutius esse, in hac intricata divortii materia illam extensionem admittere, quae finibus coniugii tam divinis, quam bono publico accommodata est, de qua paucis adhuc differendum.

Nullo modo cogitari potest, Deum, illum optimum coniugii fundatorem, qui non solum tam sapienter coniugii fines praescripsit, sed etiam per eos homines felices reddere voluit, quini reperiantur multi coniuges, qui saepissime vitam infelicissimam ex una aut utraque parte vivant, et pro re nata futurae coelesti beatitudini impedimenta sibi adstruant, omnia alia praeter adulterium divortia interdixisse, adeoque Procerum populi cognitionem super haec exclusisse. In promptu habet Adversarius responsionem p. 113. Dafür hat ein christlicher Staat noch ein heilsames Hülfsmittel wider unzählige Arten unglücklicher Eheverbindungen, die längste Absondierung eines unglücklichen Ehepaars, ohne Erlaubniß sich anderweit zu verheyrathen, läßt das Ehescheidungsgesetz des neuen Bundes in seinem göttlichen Ansehen. Laudat ergo separationem a thoro et mensa, remedium, docente experientia, sane tristissimum atque fleibile, ut ab omnibus beneficium cessionis bonorum habetur. Praebet exemplum coniugum contra se invicem odium habentium, quo casu, si et fortasse reconciliatio locum non reperiat, saltem separationem aliud malum tollere, et Reipublicae securitatem praestare ait. Concedo, hanc separationem quidem insidias vitae struendas dirimere, sed quaero ex te, utrum hic status, qui odium profecto auget, Deo placere possit? an liberi ex praeceptis Dei educari? an eiusmodi coniugium secundum Dei fines peragi? an coniuges mutuum adiutorium sibi praestare possint? an procreandae sobolis curam habent? o) Haesitas iterum. Et recte quidem. Profecto sapientissimus fundator

o) Talis status, testante SCHILTERO in *Instit. iur. Can. II. tit. 12. §. 3.* est verum adulterium, quod oritur ex tali facto, quod essentialia tollit matrimonii et consensum. Qua ratione LEYSERVUS Spec. CCCXV. Med. I. et KÜSTNERVS ad Deyling.

dator eiusmodi vivendi rationem minus christianam non approbavit, hancque divortio finiendam non vetuit. Ergo dissolutionem non solum libere permittere, sed etiam mandare possunt ii, qui Dei vices in terris gestant. De malitiosa desertione lis diremita omnis. Quod ad infidias vitae stratas attinet, ex his et aliis rationibus factum est, ut in nostra patria summus provocationum Senatus mense Iunio 1782. in causa Martini Riedorffii **PLENUM** divortium decerneret. p) Iam sponte alia se offert, in quantum fieri potest, vitanda cauteque admittenda a thoro et mensa separationis ratio, et quidem politica, quoniam Respublica, ut neminem fugit, multum inde capit detrimenti. E coniugibus, quorum mentes post primos amplexus odio obstrictae sunt, facta statim separatione, nulli procreantur liberi, quo sit, ut Respublica civibus careat. Liberi ante separationem procreati non fruuntur ea educatione et institutione, quae ad bene moratos ac Reipublicae utiles homines pertinet, propterea quod destabili parentum vita saepe deteriores evadant. Maritus maritae, quae antea illi cruciatui erat, pecuniam alimentariam solvere, et dominae vicariae salarium annum praestare debet, fraudes ubique fentit, furta patitur, res domesticae claudicant, concurrunt creditores, agmen claudit infelicitatis pallida mors. Liberis patre orbatis Deus sit propitius! Horret spectoris animus, dolet Respublica. Repete, charissime Lector, allegata Adversarii verba: *Dafür hat ein christlicher Staat noch ein heiliges Hilfsmittel u. s. w.* Eiusmodi christiana et salubria remedia averruncet Deus, per quem ego, causarum patronus, contestor, quod Patres patriae eiusque Consiliarii, si haec tristia familiarium spectacula sat satis haberent cognita, huic magno Reipublicae malo medicinam essent allaturi. Quae tandem Adversarius linea ultima de divortio et adulterio scripsit verba, et hic mea facio: *Nur lasse man solche wichtige Eheproesse nicht eine Lebenslänge unent-*

Deyling, prud. past. III. c. 7. §. 26. eas causas, quae fini, ut aiunt, triplici matrimonii contrariae sunt, et per quas nuptiae natura sua non confestere possunt, in decernendo divortio, haud esse reiiciendas, contendunt.

p) vid. *Leipziger Magazin für Rechtsgelehrte* III. B. 3 St. S. 259. *Sind Nachstellungen nach dem Leben ein gerechter Grund zur Ehescheidung?* ubi haec materia penitus, detractata.

entschieden, sonst treibt man allerley Unzucht immer darauf los, und der lezze Betrug wird ärger, denn der erste. Nam cum plebs sibi persuasum habeat, divortium modo ob adulterium locum invenire, non desunt mali consiliarii, qui adulterio commisso divortium utroque iure permisum, contestantur. Id non raro fit, quoniam de occultis non iudicat ecclesia.

Sed iam filum abrumpere liceat, ne haec scriptiuncula ad modum academicae disputationis accrescat, aut longitudine TIBI, A M I C I S S I M E S P O H N! molestiam taediumque paret, quoniam magis gratulandi, quam disputandi, animus fuit. Gratulor TIBI demandatam apud Tremonenenses provinciam ex animo, et ut maiores eveniant honores, non solum opto, sed et certo spero, quales studiorum TVORVM ratio exigit. Relinquis patriam, relinquis fautores, relinquis amicos; illic bono cum Deo habebis patriam, fautores atque amicos. Habebis collegas dignissimos non communibus solum studiis, sed etiam illustris collegii necessitudine aliisque vinculis obstrictissimos. Tantum abest, ut TE longis ieiunisque votis detineam.

Ergo votorum brevis esto suumma:
Suppleat Numen potioribus, quam
ore vel fingas animo, benignum
rite vocanti!

Stet suo corpus solidoque fultum
robore, illaeus vigor atque mentis:
porrigas olim viridis senectae
tempora longa!

Languor et curae vigiles faceant
et dies currant sine nube laeti,
spes alat pectus, labefacta nulla
turbanis ira.

Quae-

Quaeque praeoptet Sapiens habere
 nec tamen ploret fugere acta ventis,
 afflunt, famae decus et bonarum
 copia rerum!

I secundo omine, et nostri memor! Vive valeque! Scripsimus
 Haynae a. d. xx. mens. Sept. A. R. S. cīo Iō CCLXXXVIII.

NC

ULB Halle

3

005 814 286



1708.

M E

DOCTRINAM IV

ANTIVM

AMPLIS

M. GOT

CHT

PRORECTORIS PER
APVD T

OSOPHIAE

M V N V

T I

CAROLVS G

DORVS

IVRISP

LITTER

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

